Cum suis succesoribus actus, Ex tunc a ducatibus pallatinatibus terrestribus
Iuribusque suis quibusvis prius recedendo Coram Castrensi Capitanealis Pre-
mislien. Iudicio et officio In primo actionis termino tanquam peremptorio stare
parere tenebitur ac pro praefato Vadio Omnibus Exceptionibus Contrarietatibus
Prorogationibus Suspensionibus Motionibus Appellationibus earumque prose-
quutionibus Ad quaestionem dictam non petendo Ultra vel simpliciter
(?) Actionem pro maiori poena tenentur Maxime et tam
poena ac alios ordinarie quam dictionibus utrique tenentur satisfacere et
in plenum vadio satisfacere Cum suis succesoribus tenentur quoniam pro sic fuit
inbibitur Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante Quod intercessit est.

Eorundem advitalitas.

Comparentes personaliter Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Pre-
mislien. Generosus Iacobus Orlowski de Orlow terrae praefatae Palla-
tinatus vero Culmensis Vexillifer Sambor et Zophia olim Ma-
gnifici Stanislai Krassizki filia Coniuges mutuo et reciproce sani existentes
A ducatibus pallatinatibus terrestribus Iuribusque suis qui-
busvis prius recedendo, Sub vero praesenti Iurisdictione Castrensi Premi-
slien. Cum universis bonis suis mobilibus et immobilibus nunc
habitis et in posterum incorporando et subiiciendo (?)
Bonisque ex quibus Quia omnium bonorum suorum habitorum et obligatorum
mobilium et immobilium in quibuscunque ducatibus pallati-
natibus terrestribus consistentium Nunc habitis et in posterum habendis
Summarumque pecuniarum inscriptarum et non inscriptarum in depositis
existentibus quam universorum bonorum suorum notorum et ignotorum quorumque
invocatorum et Nuncupatorum nullis penitus exceptis et exclusis sibi
mutuo et invicem inscribunt usumfructum Advitalitatem advita-
litatemque tali modo et ordine. Quod si praefatum Iacobum
priusquam ipsam Zophiam decedere contigerit Extunc praefata
Zophia bona ipsius Iacobi universa supradicta summasque pecuni-
arias Cum omni Iure dominio proprietate tenebit habebit et
possidebit illaque usufructuabit ad tempora duntaxat vitae suae
extrema Post mortem vero praefatae Zophiae bona praefata omnia
ipsius Iacobi per ipsam Zophiam possessa ad succesores praefati Ia-

cobi sine quavis contradictione succesorum praefatae Zophiae pleno et integro
Iure devolventur et devolui debent. Similiter etiam si praedictam Zophyam
priusquam ipsum Iacobum mori contigerit Extunc praefatus Iacobus bona
ipsius Zophiae universa supradicta summasque pecuniarias Cum omni Iure
dominio proprietate tenebit habebit et possidebit illaque usufructuabit
ad tempora duntaxat vitae suae extrema Post mortem vero ipsius Iacobi
bona praefata per praefatum Iacobum possessa ad succesores praefatae Zophiae
sine quavis contradictione succesorum ipsius Iacobi pleno et integro Iure
devolventur devoluique debent. Nihilominus praefati Coniuges sibi
invicem Cum succesoribus suis super universis bonis suis mobilibus et
immobilibus nunc et in post habitis inscribunt et obligant quatenus
Inscriptionem de bis actis Ad Acta terrae Premislien. ad Decursum
(?) Anni cuiusque transferre transportare (?) vel si opus fuit meliori
(?) facere Sub damnis tenebuntur ac singulam Actionem
sine corporali Iuramento taxandis pro quibus quinque damnis terrae
si se praefati Coniuges unus alteri actionem permiserit vel succesores
permisent. Extunc a ducatibus pallatinatibus terrestribus
Iuribusque suis prius recedendo Coram Castrensi Capitaneali Premi-
slien. officio In primo actionis termino tanquam peremptorio stare parere
tenebitur ac pro praefatis damnis terrae Omnibus Exceptionibus
Contrarietatibus prorogationibus Suspensionibus Motionibus Appellationibus
earumque prosequutionibus Ad quaestionem dictam non petendo Le-
galibus quibusvis impedimentis, poena tenentur Maxime et tam
poena ac alios omnibus quam dictionibus utrique remedys
satisfacere Cum suis succesoribus tenentur quoniam pro sic fuit unus
satisfacere (?) terrae in praemissis obstante.
actis Inbibitur. Nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.

Czieliaticzka cedit de iure Laczki

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premislien.
Nobilis Barbara Czieliaticzka filia olim Nobilis Stanislai Czieliaticzki
(?) olim Famati (?) pellificis Civis Iaworien., Asse-
rens Iurisdictioni forique suo quovis competenti renuncians sub vero praesenti Iurisdi-
ctione se succesoresque bonaque sua incorporando sana mente et corpore existens